



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Additiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

PROPTER vetustatem huius familiæ, quæ omnia circum circa possedit, post deuastationem antiquæ arcis Waldeck, cuius rudera in præalta rupe, supra lacum adhuc extant in Schliers & Wallenburgh habitauit, merum ac mixtum Imperium vnâ cum Aduocaria Monasterij imò etiam in plerisque Monasterij prædiis, à maioribus suis datis, partem censuum, vulgariter *die Stiffesfenning* in signum Dominij retinuit & habuit, vnde ab ipsis Canonicis in libro de origine & fundatione Monasterij Anno 1378. scripto, in plerisque locis fundatores illius nominantur, qui ibidem sua sepulchra anniuersaria ac sacra habent. Itidè in quodam laudo inter Canonicos & Dominum Wolfgangum de Waldeck, vltimum illius familiæ, per Sixtum Frisingensem Episcopum, & Albertum Bavarie Ducem, Anno 1467. prolato cautum est, vt prædictus Wolfgangus pro altero fundatore inscriberetur, ita vt prædixi, puto, saluo tamen aliorum iudicio. Post obitum Waldecensium translatum est hoc Monasterium, auctoritate Pontificia per Albertum, Ducem Bavarie, vnâ cum Yllmünstrensi Monachiũ, & vnione facta, instituta est tibi collegiata Ecclesia ad diuam virginem Mariam, Anno Domini 1495. Vbilatiũs de hac re.

ADDITIONES.

Regnante in perpetuum Domino nostro Iesu Christo. In Dei nomine. Ego *Adalung* simul cum fratribus meis *Hyltirovaldo*, *Gerbaldo*, *Antheno*, *Otacho*, inspirante diuina gratia, secularia negocia deferentes, locum nobis elegimus cõmuni hæreditate nostra seu parentum nostrorum, in vasta solitudine eremi, quæ dicitur *Slyse*, & ibidem adiuuante Domino Deo nostro, cellulam more solito construximus & oratorium eum consensu Episcopi Dn. *Arbonis* ædificauimus. Deinde aduocauimus prædictum Episcopum ad consecrandam Ecclesiam, & ita factum est. Postea sub ditione ipsius Episcopi nosmetipsos commendauimus per omnia, & de manu Episcopi electum nobis magistrum virum venerabilem nomine *Perchkos*, in nostrum suscepimus Magistrum. Post biennium verò complacuit fratribus eligere prædictum *Perchkos* ibidem Abbatem, & per consensum fratrum adduximus eum ad prædictum Episcopum, & iuxta ordinem regulæ *S. Benedicti* electum ordinauit, & nobis posuit Abbatem. Ideoque decreuimus cum consensu eiusdem Episcopi, vt secundum auctoritatem *S. Benedicti* regula teneretur ibidem, & regulariter de ipsis fratribus sibi eligerent Abbatem ordinante Episcopo de domo *S. Maria*, si ibidem forsitan defuerit talis inter ipsos fratres, de domo Episcopali eligerent Abbatem, ordinante Episcopo. Actum in prædicto Monasterio 12. Calen. Febr. Indiæ. 12. regnante Dño *Thessalone*, anno 32. cum ipsi supradicti fratres inuicem testes extiterunt, Anno Domini 1343.

ARBO Episcopus quartus, qui nostris prædictis antiquis fundatoribus monasterium in *Westenhouen* constructum ab ipsis quinque fratribus consecrauit, & ipsis vitam, ordinem & regulam *S. Benedicti* in amorem Dei imposuit, sicut tenor prædictæ literæ superius sonat.

OTTO Magnus, Episcopus *Frisingen*, XX. qui post destructionem Monasterij in *Westenhouen* ac heu aliarum Ecclesiarum in *Bauaria*, ex malitia & duritia vnus Ducis, qui dictus *Arnolfus*, natus cum barba, tunc regnauerat, desolata fuerant; & postea à Saracenis combustæ erant, & ita fortassis centum annis magis inhabitabiles erant. Modo prædictus Dn. *Otto* Episcopus, ex diuina gratia & inspiratione *S. Spiritus* monasterium ex nouo, nunc in loco *Slirsenf* existen-

existente, construxit, & in omnibus bonis, in honore S. Sixti & omnium Sanctorum, in remedium sibi & omnium Episcoporum, & omnium fidelium defunctorum recuperavit, in quibus potuit; quia in amore Dei hunc locum recuperandi dilexit. Postea Ecclesiam in *Westenhoven* presentibus in loco recuperavit ad oblagium eorundem. Sciendum est etiam quod eodem tempore Dn. de *Waldecke* vocavit, & ipsum pro advocato & defensore constituit. An. Dni 1141. Otto Episcopus XX.

SCHÖNENFELD INFERIUS.

MONASTERIUM Monialium Cisterciens. ordinis, Berchtoldus Comes à Graiffpach, huius nominis secundus, cum vxore Adlhaid (quam quidam Regis Cyprī filiam nominant) Burckhaimij Monasterium D. Georgio dicant, Virgines sanctas ibi collocant, sed quòd is locus minùs idoneus pietati esset solitudinē amantium, Sibothonis Episcopi Augustani licentia, precibus Conradi Cæsaris, consentiente Berchtoldo atque vxore Adlhaide, fundatoribus, translatio facta est, ad hunc locum Schönenfeld, non longè ab hostiis Lici, An. Domini 1241. &c. Auencin. lib. 7. Annalium, fol. 682. Sibothonem Episcopum Seeueltam nominat, sed hunc in familia Seeueldensium Dominorum non reperio, vt Bruschius in Metropoli Moguntinensi notauit. Fuit de familia Dominorum de Gundelfingen, quod veriùs puto, & Auentinum fortè in eo deceptum, quòd Gundelfingenses Domini castrum Seeueld in Bauaria aliquanto tempore possederunt. Sed hoc centum ferè annis post hunc Sibothonem, vt in libro meo Stemmatum Bauariæ latius inuenitur. Quoniam huic Monasterio ferè, paucis exceptis, Nobiles Virgines præfuerunt, liber illorum Catalogum breuibus annotare.

ANNO 1242. venit in Schönenfeld Kunegundis Weikmanin, cum aliis sororibus ex Grauen Burckhaim Magistra.

ANNO 1268. Irmengardis de Meilnhart fit Magistra.

ANNO 1274. Domina Elisabetha de Neiffen fit Priorissa.

ANNO 1275. Iuditha Trucksässin de Graiffpach eligitur Priorissa.

ANNO 1283. eligitur Domina Gertraud de Lechsperg, prima Abbatissa.

ANNO 1306. Guta de Stras.

ANNO 1324. Domina Anna, Comitissa de Neiffen.

ANNO 1337. Gertrudis Marschalckin de Dornsperg.

ANNO 1343. Agnes de Muor, Sub ista Ludouicus Marchio Brandenburgensis, Dux Bauariæ, vniuit Monasterio Parochiam in Burckhaim cum pertinentiis, Anno 1358.

ANNO 1367. Ursula de Schmiehen.

ANNO 1377. Elisabeth Comitissa de Nyffen.

ANNO 1392. Agnes de Pflhaim.

ANNO 1400. Clara de Holzheim.

ANNO 1411. Elisabeth Hirschlacherin.

ANNO 1423. Affra de Gumpenperg.

ANNO 1445. Martha Marschalckin de Dornsperg.

ANNO 1464. Anna de Knöring.

ANNO 1487. Lucia Zennerin. Obiit 1513.

ANNO 1513. Barbara Gentnerin.

ANNO 1534. Anna Haufnerin de Stetperg.

ANNO 1541. Lucia Ebranin.

Metrop. Salisb. Tom. III.

ee

ANNO 1559.